su · debeamus intellegere quae recta sunt; Me ergo non time
bitis ait dns · & a facie mea non dolebitis siue timebitis? qui posui
harenam terminum mari praeceptum sempiternum quod non praeteri
bit; & commouebuntur · & non poterunt? Siue turbabitur & non poterit.
& intumescent siue sonabunt fluctus eius & non transibunt. Illud populo
autem huic factum est cor incredulum · & exasperans? & recesserunt & abi
erunt & non dixerunt in corde suo metuamus dnm dm nostrum qui dat
nobis pluuiam temporaneam · & serotinam in tempore suo · plenitudi
nem annuae messis custodientem nobis; Narrat beneficia ut ingratos ar
guat; me inquit non timebitis qui tanta uobis praestiti · non dilectionem desi
dero perfectorum · sed quasi morem incipientium; qui posui harenam ter
minum mari · qui tam potens elementum & inmensos gurgitum moles · meo
praecepto litoribus refrenaui iuxta illud quod scriptum est; praeceptum
posuit · & non praeteribit? audiunt me & sentiunt quae sensum non habent
audiendi? & populus quondam meus suo uitio stultus effectus · non solum
contemnit · sed & dulcem exasperat dnm; Recesserunt a te a me · & mihi ter
ga uerterunt · & concito habierunt gradu · nec tacita eos retraxit conscientia ·
ut dicerent in cordibus suis; metuamus eum qui dat nobis pluuiam tempora
neam & serotinam; per quae omnia ostendi bona · plenitu[hole]dinem annuae
messis? pro quo a quila e prima editio & symmachus · ebdo[hole]madas inter
praetati sunt · in hebreo enim scriptum est · sabaoth · quod pro ambigui
tate uerbi & septimanas significat & plenitudinem; Iniquitates nrae
declinauerunt haec & peccata nra prohibuerunt bonum [hole] a nobis;
ergo si quando & mare transcendit terminos suos [hole] & pluuia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0064